



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

III. De Inchoata obedientia, seu iusticia inhære[n]te, et quomodo Deo placeat, & de discrimine interioris obedientiæ, & externorum cultuum, seu Sacrificiorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

beneficium fide apprehendendum & nobis applicandum esse.

Ideoq; & exclusiuas particulas, *Gratis, sine operibus, sola fide,* necesse est retineri, ut debitus honor redemptionis filio Dei tribuatur, conscientie in uera poenitentia certam & firmam consolationem habeant. Excludunt enim hae particulae reliquas uirtutes, non ut non adsint, sed ut non sint cause reconciliationis, & transferunt causam in solum Christum Mediatorem fide apprehensum.

IIII. Locus.

DE BONIS OPERIBUS seu de inchoata obedientia.

Iusticiam fidei necessario sequi debet noua obedientia interior seu exterior, quam & precipi diuinitus, & in persona fide iustificata Deo placere & ornari praemijs, duo huius cap. testimonia ostendunt, uidelicet, *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius.* Et prima concio habita ad Cain, quae hoc modo iuxta Ebraei sermonis proprietatem transferenda est.

Si bonus fueris erit acceptio, sin autem malus fueris, peccatum tuum quiescet, donec reuelabitur. Ad te erit appetitus eius, & tu dominaberis ei.

Estq;

Estq; hæc uersionis ratio Vox נשח Seeth deducitur à uerbo נשח Nasa, quod pro uarietate Synonymi significat, accipere, gerere, leuare, remittere. Hoc autem in loco, ad totam seriem orationis, & circumstantiarum, maxime accommodata est significatio acceptionis.

Vox פתח Petah, etsi sæpe portam significat, tamen Lamed litera Bachlam addita, uidetur genitium efficere, ut sit sententia, Peccatum tuum cubabit, seu quiescet ad reuelandum, hoc est, donec reueletur.

Particula אל El est præpositio ad. Vertenda igitur uox עליך Elecha, ad te erit appetitus peccati, id est, peccatum sollicitabit te prauis inclinationibus, flammis, odij, liuoris &c. his repugnes. Hoc autem magis perspicua fiat explicatio huius doctrine de inchoata obedientia, in aliquod membra distribuam.

PRIMUM: Etsi noua obedientia nec inchoationis, nec uitæ æternæ meritum est, tamen propter multas causas à nobis necessario inchoari debet. Nam sine ea nec remissio peccatorum, nec fides nec uita æterna retineri possunt, ut hic dicitur. Si bonus fueris, erit acceptio. Item Matth. 19. Si uultis ingredi in uitam, serua mandata. Et ordinatio Dei mandatum æternum & immutabile est, ut uolumus ipsius obtemperemus, & prauis motibus peccati nostræ natura grassantis repugnemus. Id illustratur

uerborum luminibus hic traditum, repetit & enarrat Paulus Roman. 6. Non dominetur peccatum in mortali corpore uestro, ut obediat appetitionibus eius. Item, Peccatum uobis non dominabitur. Grafsantur in nobis uitiose appetitiones, acres impetus, ad peccata, uidelicet prauæ dubitationes, securitas carnalis, superbia, fiducia nostri, incēdia libidinum, odiorum, cupiditatis uindictæ. His dominari iubet, non obtemperare, sed auxilio Spiritus sancti, & diligentia uoluntatis repugnare, ut Ioseph repugnat flammis libidinum. Hæc de prima questione. An sit necessaria noua obedientia teneantur.

SECUNDO; Noua obedientia est prælucente fide in Christum præstare opera à Deo mandata hoc fine immediato aut principali, ut Deo præstetur obedientia & honos.

Valde autem prodest meminisse discentes ferè synonyma esse hæc uocabula.

1. Noua obedientia.
2. Iusticia bonæ conscientia seu operum.
3. Cultus Dei.
4. Bona opera.
5. Virtus.

M 6. Bonum

6. Bonum propositum, *προαίρεσις*
Philosophia.
7. Bona conscientia.
8. Sacrificium laudis.
9. Iusticia inherens, sic uocant adu-
sarij nouam obedientiam.
10. Inchoata obedientia.
11. Mortificare actiones carnis *ἐπι-*
ritu.
12. Dominari appetitionibus pecc-
-ti &c.

TERTIO: Duplex est Obedientia. Interior, principalis, & Ecclesiae propria; est in corde habere motus congruentes legi Dei, excitatos à Spiritu sancto, quales sunt interna agnitio Dei, timor Dei, uera fiducia misericordiae in Deo acquiescens, dilectio Dei, patientia in ærumnis, humilitas non ficta, uera inuocatio facta in spiritu & ueritate &c. Hanc internam obedientiam omnibus externis cultibus præluce oportet, ut dicitur hoc in loco. Si bonus fueris, erit accepta oblatio.

Exter

Exterior obedientia docendi causa iterum distribui potest, ut Alia sit Moralis, quæ est præstare externam disciplinam, seu facere externa opera Decalogi, quæ etiam ab impijs utcunq; simulari possunt, etiamsi cor est sine uera pœnitentia, & fide, ut in Pharisæo, Luc. 18. in Socrate, Aristide, Cicerone.

Alia Ceremonialis, quæ est obseruatio Ceremoniarum & exteriorum Sacrificiorum, quæ in hoc loco Cain, & omnibus ætatibus magna pars generis humani, putat mereri remissionem peccatorum, & esse cultus Dei ex opere operato, id est, sine interioribus motibus pœnitentiæ, timoris, & fidei intuentis Christum. Hunc errorem semper taxauit Deus, ut Gen. 4. Psal. 49. Psal. 50. Jerem. 7. Osee. 6. Et docuit non ualere ceremonias, nisi prius iacto fundamento, hoc est, agnita promissione de Messia, & accepta remissione peccatorum, & incoata obedientia morali.

QUARTO, Cum tanta sit imbecillitas humana, tanta

na, tanta appetitionum ἀταξία, & contumacia
ta Diaboli tyrannis, scire oportet, quomodo
obedientia incoari possit.

Etsi autem fieri sacrificia & externi more
gi, & affectus domari solis uiribus humanis alio
modo possunt, tamen dominari peccato, hoc est
rari à reatu & uincere Diabolum, & interiori
obedientiam inchoare, sine agnitione Christi
auxilio Spiritus sancti non possumus, ut dicitur
Semen Mulieris conteret caput Sa
pentis.

Nec dubium est patres contulisse promissionem
ad hanc concionem de obedientia, & docuisse
steros, unde orta sit affectuum contumacia, & quod
remissio peccatorum propter Semen uenturum
missa sit, & quod propter illud Semen Deus diabolum
repressurus sit, & Spiritu suo imbecillitati
stræ opitulaturus, ut dominari peccato possimus.

QVINTO: Discendum est ex hoc Cap. quomodo
modo placeat Deo noua obedientia. Prius
autem hæc regula firmissime teneatur, nulla sacra
cia aut ceremonias, nec ulla externa opera placere
Deo ex opere operato, id est, sine fide, & sine
motu cordis, seu nisi prius persona fide Deo reconciliata
ciliata sit, & habeat interiorem obedientiam
ralem, ut dicitur Rom. 14. Omne quod non ex

peccatum est. Item Prouerb. 13. *Victimæ impiorum abominabiles sunt. Et hic dicitur, Si bonus fueris, erit acceptio.*

Deinde ut placeat noua obedientia, hæc quatuor concurrere oportet.

I. Persona sit iusta, & placeat Deo fide propter filium Dei, ut hoc in loco dicitur. *Respexit Deus ad Abel & ad munera eius. Et Hebr. 11. Fide Abel obtulit uberiorem hostiam Deo, per quam pronunciatu est iustus testimonio diuino & c.*

II. Agnoscat in hac uita manere peccata in reuocatis, & doleat se habere peccata.

III. Sciat tamen Deum uelle, ut obedientiam inchoemus.

IIII. Statuat hanc obedientiam, etsi procul abest à perfectione legis, tamen in persona fide reconciliata placere Deo, non sua dignitate, sed propter filium Mediatorem.

Vt 1. Pet. 2. dicitur. *Offerte Deo hostias spirituales acceptas Deo per Christum. Et Heb. 13. Per Christum offeramus hostiam laudis semper Deo, fructum labiorum confidentium nomini eius.*

Prelucet hac fide & interiore obedientia inchoata, etiam ceremonie placent.

SEXTO: Nouæ obedientie finis immediatus aut principalis sit celebratio Dei, ut dicitur 1. Corinth. 10. *Omnia ad gloriam Dei facite. Item Matth. 5. Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant*

M 5 homi-

homines uestra bona opera, & glorificetur pater
uester caelestis. Deinde accedunt alij fines, uidelicet
ut retineatur fides, iusticia, & uita aeterna, ut
dicitur, Si bonus fueris, erit acceptio. Et Paulus
quit Rom. 8. Si actiones carnis Spiritu mortifica-
ritis uiuetis.

SEPTIMO: Præmia seruatae obedientiae
pœnæ uiolationis considerandæ sunt. Summa præ-
miorum in hoc Pauli dicto continetur, 1. Tim. 4. Pater
habet promissiones præsentis et futuræ uitæ. Et
minatio hic recitatur. Si malus fueris, peccata
quiescet donec reuelabitur, Reuelatur autem pec-
catum cum ira Dei sentitur, & pœnis præsentibus
ac aeternis homines opprimuntur.

OCTAVO: Cum in incoantibus nouam
dientiam maneant peccata, quibus dominari in-
mur, necesse est distingui peccatum dominans
non dominans, seu Mortale & Veniale, de quo
scrimine mox dicetur.

V. Locus.

DE SACRAMENTIS

Semper Ecclesia Dei colligitur, constituitur
& à cæteris gentibus distinguitur uoce promissionis
& externis signis diuinitus promissioni additis,
Sacramenta uocantur. Ita mox post editam promissionem
pro-